

www.e-rara.ch

[Orationes devotae pro infirmis dicendae]

Landen, Johann

[Köln], [um 1516]

Universitätsbibliothek Basel

Persistent Link: <https://doi.org/10.3931/e-rara-126434>

www.e-rara.ch

Die Plattform e-rara.ch macht die in Schweizer Bibliotheken vorhandenen Drucke online verfügbar. Das Spektrum reicht von Büchern über Karten bis zu illustrierten Materialien – von den Anfängen des Buchdrucks bis ins 20. Jahrhundert.

e-rara.ch provides online access to rare books available in Swiss libraries. The holdings extend from books and maps to illustrated material – from the beginnings of printing to the 20th century.

e-rara.ch met en ligne des reproductions numériques d'imprimés conservés dans les bibliothèques de Suisse. L'éventail va des livres aux documents iconographiques en passant par les cartes – des débuts de l'imprimerie jusqu'au 20e siècle.

e-rara.ch mette a disposizione in rete le edizioni antiche conservate nelle biblioteche svizzere. La collezione comprende libri, carte geografiche e materiale illustrato che risalgono agli inizi della tipografia fino ad arrivare al XX secolo.

Nutzungsbedingungen Dieses Digitalisat kann kostenfrei heruntergeladen werden. Die Lizenzierungsart und die Nutzungsbedingungen sind individuell zu jedem Dokument in den Titelinformationen angegeben. Für weitere Informationen siehe auch [Link]

Terms of Use This digital copy can be downloaded free of charge. The type of licensing and the terms of use are indicated in the title information for each document individually. For further information please refer to the terms of use on [Link]

Conditions d'utilisation Ce document numérique peut être téléchargé gratuitement. Son statut juridique et ses conditions d'utilisation sont précisés dans sa notice détaillée. Pour de plus amples informations, voir [Link]

Condizioni di utilizzo Questo documento può essere scaricato gratuitamente. Il tipo di licenza e le condizioni di utilizzo sono indicate nella notizia bibliografica del singolo documento. Per ulteriori informazioni vedi anche [Link]

Orationes deuote

pro infirmis et in agone constitutis.
cū attentione dicende.

Orationes deuotissime. pro infirmis
in agone constitutis dicende.

Omnissime dñe Iesu rex seculorū. qui
ī cruce existens p̄ tuis crucifixoribz
patrem rogasti dicēs. Pater dimitte
illis quia nesciūt qđ faciūt. Bep̄camur maiesta
tem tuā dñe iesu: vt in mente huius serui tui tue
orationis effectū renouare digneris: quatenus
omnes eius offensas illi dimittas. Et sicut tunc
tu exauditus es: sic nunc cū patre ipsum. nosqz
p̄ illo exorantes exaudire digneris. Nescit enī
quid faciat dum ex fidei tarditate tepidus corā
te existit. Exoram⁹ te bone iesu vt ī hoc obitu
suo oīa peccata illi dimittas. Et p̄ tue sacratis
sime passionis merito ad angeloz societate eū
clementer perducas Amen. **O**ratio

Ogloriosissime dñe Iesu dulcedo angeloz
qui in cruce pro nobis pendens verā fidei
lucem in cor latronis infudisti: vt te verū deū
z hoīem p̄gnosceret dū clamauit. Memeto mei
dñe dū veneris ī regnū tuū. Maiestatē tuā sup
pliciter exoram⁹. vt in faūlo tuo in extremis
labozante. venerabile fidei sacramentū z dig
nitatē p̄seruare digneris: q̄tenus tua sanctissima

passiōe mediāte sic ī cor eius tuū amorē īnpmas
vt ī suo obitu. tuo ardens amore ab immundis
spitibz liberet: ⁊ ad tuā beatam glīam cū iubi
lo pducat. Amen.

Oratio.

O Clemētissime dñe iesu verbū eterni p̄ris
ac filius gloriose virgīs marie m̄ris. Qui
mūdū visibiliter deserēs: et materne solitudini
p̄patēs: ei p̄dilectū discipulū ī filiū adoptasti
Supplicam⁹ hūiliter maiestati tue per merita
passiōis tue per p̄ces et merita eiusdem dilecte
matris tue: et p̄dilecti discipuli tui q̄renus dig
neris ī aīam h̄ serui tui sp̄itum tue charitatē
infundere quo tibi coheres. deo patri adopte
re ī filiū. **C**ōmitte quesumus d̄ throno glorie tue
curam huius aīe glōse matri tue: quatenus ī
mortis agone aspect⁹ demonū non paueat: s̄ ī
te leta mēte p̄fidentē clemēter suscipias: et ad
celestem glīam deducēre sacratissima m̄re tua
puenire facias. Amen.

Oratio.

O Dñissime Iesu dei ⁊ hoīm mediator Qui
pro salute n̄ra penas nobis debitas ī tuo
passibili corpe sustinuisti. Et vt ḡuiore penas
rū amaritudies gustares: sponte voluisti ī ho
ra tue passiōis a tua hūanitate dulcedinē vni

te tibi deitatis subtrahere: dū clamasti. **B**eloi:
beloi lamazabathani. **O**ramus clementiā tuā
quatenus suauissime domine iesu huius serui tui
aīam ptegendo tua suauī cōsolatione letifices.
nam si ipsum ipse pastor deseris mor aduersari
us tuus in ipm irruet et occidet. **S**i propter
demerita sua tribulari ⁊ deseri mereť: q̄sumus
suauissimā bonitatem tuā ne illum aduersarijs
tradas diffidentie ⁊ desperationis tenebris tri
bulādum: nec insensibilē ad gratiā facias sed p
charitatē tue grām viuens ⁊ tue absentie amar
itudīem sentiēs pia voce gemēdo ad te clamet
Deus meus: deus meus: vt qđ dereliquisti me?
Tu autē piissime p̄ et pastor. tua suauī pietate
subueni. quem precioso sanguine tuo redemisti
nec tua gratia diu ipsum in hoc obitu patiatur
affligi: donec ad celestem patriam tuorū merito
dolorum clementer perducas. **O**ratio

O Suauissime domine Iesu: dei et hominū
mediator. **Q**ui inter cetera tormēta que i
cruce ptulisti: corporaliter sitire voluisti v̄bemen
ter dum clamasti. **S**itio. **R**ep̄camur maiestātē
tuam q̄renus animā serui tui illo nunc igne di
gneris v̄rere: quem in terris mittere venisti.

Quo cunctis vitijs desiccatis illius anima et
caro: charitas tue igne succensa te solum ficiat
te diligat: te querat: reperiat: et fruatur. **E**t ipsam
ad eternam beatitudinem sanctissime passionis
tue merito iubilose digneris adducere **A**men.

O Sacratissime domine **I**esu. omne bonum
consummans. **Q**ui cum acerum gustasti dixisti
Consummatus est: et inclinato capite spiritum
emissi. **O**bssecramus maiestatem tuam pro anima
famuli tui in extremis existentis quatenus gratie
tue dulcedinem: et splendidum fidei lumen infundas
illi: ut extremam horam in sancte charitatis tue
brachijs finire: et tibi dicere valeat. **E**cce cle-
mentissime domine **I**esu nunc ad te venio tua
suavi voce iube suscipi spiritum meum in eternam
claritatem **A**men.

Oratio

O Sacratissime domine **I**esu corona certantium
Qui in cruce pro nobis pendens docuisti
nos compendiose in extremis nostris orare. dum
tu nobis exemplum tribuens clamasti. **P**ater in
manus tuas commendo spiritum meum. **E**xoram
maiestatem tuam: quatenus in virtute spiritus
sancti eandem digneris orationem in corde huius
famuli tui imprimere: ut eam personet. **E**t in hac

eius extrema hora illi⁹ sentiat effectū. in tuas
sacratissimas manus animam suam humiliter
recommendo.

Oratio.

O Misericordissime domine iesu reparator
humani generis. Qui in die passionis tue
in nervorum. et ossium contractione penā acer-
bissimā sensisti. Et p̄ciosissimum caput tuum
spinarū dēsitāte pūctum fuit. et latus tuū lancea
perforatū exitit: vnde fluxit sanguis et aqua
Dep̄camur maiestātē tuā: quatenus aīam huius
famuli tui virtutū luminoso splendore illustres
et tribuas illi. tuāq; acerbitatē spinarū merito.
de offensis ab eo tibi illatis vehemēter dolere
et penam habere: vt oīa eius delicta tue p̄cio
sacratissime passionis deleanť et ad angelorum
societatem te trahente puenire valeat. Amē

O Clemētissime dñe Iesu: solamē miserorū
qui peccata nostra in tuo corpore portasti
Glere tu es deus q̄ dolores nr̄os tulisti: et a p̄pe
tua morte nos liberasti. Quia in sacratissimo
corpe tuo a planta pedis vsq; ad verticē non fuit
sanitas Et qui eras p̄re filiis boīm speciosus: q̄si
leprosus reputatus fuisti. Dep̄camur suauissimā
charitatem tuam: quatenus oīa hui⁹ serui tui

peccatorū vulnera sanes: vt omnibz vitijs emū
datus ad te clementissimū patrem ⁊ dominū:
spirituali solamie roboratus letanter puenire
valeat. Et quia tuo preciosissimo sanguine est re
demptus. ⁊ tue passionis insignia gestat: ad glo
riosissimā visionem tuā omnū passionū tuarū
merito ꝓcomitātibus sanctis angelis deducere
eū digneris. Amen.

Oratio.

O Suauissime dñe Iesu beatorū reges:
et omnū in te sperantiū iucūdiſſima
salus. Qui in nocte passionis tue ad
patrē orasti. Pater si possibile est trāseat a me
calix iste veruntamē nō mea voluntas sed tua
fiat. Et illa hora in tāta angustia fuisti vt de ꝓci
oso corpore tuo sanguis efflueret. Deprecamur
te bone iesu. q̄tenus solita pietate tua adiuues
aiam huius famuli tui: vt ꝓ delictis et offensi
onibus que ꝓmiserit terreat ⁊ moueat ad veram
penitentiam: vt in hac extrema hora in occurſu
aduersarij nō paueat. aut in aduentu ⁊ aspectu
tui iudex tremēde accusante consciā cōtremis
cat: sed potius faciē tuā in iubilo videns delectet.
Prestante te dño iesu chr̄o: cui⁹ passione
redemptus est. Amen.

O Dulcissime dñe iesu cb̃e m̃fīcordiarū p̃
et totius cōsolatiōis deus. q̃ in nocte tue
passionis ab apostolis derelictus fuisti: et inter
hostes tuos solus remāsisti. **S**upplicamus tibi
dñe iesu vt nūc in obitu hui⁹ serui tui aīam ei⁹
non derelinquas ī manib⁹ demonū sed ad locū
quietis et tue beatissime visionis ip̃am per tue
mortis virtutem perducas Amen. **Oratio**

O Sacratissime domine iesu saluator mūdi.
Qui ob peccata nostra abolenda crudeli t̃
verberari sp̃inis turpiter coronari ab emulis
tuis enormit̃ eludi ⁊ ī cruce nudus vt latro affi
gi voluisti. **R**exoramus te dñe iesu p̃ has passiōes
tuas. vt aīam huius famuli tui in extremis la
borantis: vera p̃tritione in peccatorū cōmissorū
dolore verberes: ⁊ vero timore corones ⁊ in
cruce tua oēs eius mentales sensus crucifigas.
q̃tenus sic totus a te sp̃ualiter vulneratus: tuorū
vulnerū merito. oīm delictorū suorū veniam
p̃sequat̃: ⁊ ad gaudia celestia puenire mereat̃.

Fuit quidaz papa qui dū in extremo
venisset interrogabat capellanū suū
virum idoneū ⁊ deuotū. quē plurimū
diligebat. quib⁹ suffragiis post mortē eū vellet

apud deū inuare. Qui rēdit. q̄ oīb̄ modis q̄b̄
posset ⁊ quecūq̄ inberet pro salute aīe sue facē
vellet. Tūc papa ait. Nō peto aliō a te subsidiū
nisi dum videris me in agonia positū orationē
dn̄icam pro me trib̄ vicibus dicas. Qui se hoc
libēter factur⁹ p̄misit. Ad quē papa Cū prim⁹
Pater n̄r. dixeris: Dic in honore agonie iesu
christi: obsecrans. vt multitudinem sui sudoris
sanguinei quē p̄re timore angustie sue pro nobis
copiosissime effudit. contra multitudinē pecca-
torum meorū suo patri offerre dignet̄: pro om-
nib̄ angustijs quas peccat⁹ meis exigentibus
merui. Cum secundū Pater n̄r. dixeris: Dic in
honore omnium passionum et amaritudinū iesu
christi q̄s in cruce sustinuit. maxime in illa ho-
ra quādo anima eius sanctissima de suo corpore
sacratissimo ē egressa: patri offerre ⁊ obtēdere
dignetur. cōtra omnes penas et passiones quas
pro peccatis meis meruisse pertimesco. Cum
terciū Pater n̄r. dixeris: Dic in honore ineffa-
bilis charitat⁹ iesu ch̄ri. q̄ ip̄m de celis ad terrā
ad tollerantias oīm harū passionum traxit. vt
hac charitate me saluare et celos mihi ap̄rire
dignet̄: q̄ meis merit⁹ saluari nequeo. ac celeste

B

regnum obtinere. **H**is dictis. promisit capellanus hec omnia libentissime se facturum. quod et fecit cum diligentia et deuotione quibus potuit. **P**apa moritur et post mortem capellano se splendidum atque conuulcantem nimis ostendens immensas gratias sibi referebat dicens absque omni pena se fore liberatum. **N**am post primum **P**ater noster. inquit: iesus christus sudorem suum sanguineum pro me ostendens: omnem meam propulsauit angustiam. **P**ost secundum **P**ater noster. amaritudine omnium passionum suarum omnia peccata mea ut nubem deleuit. **P**ost tertium **P**ater noster. per charitatem suam celum reueravit meque cum gaudio introduxit. Propter hanc reuelationem quam predictus capellanus multis referebat. in pluribus locis mos inoleuit. ut idem predictus modus orandi apud morientes deuote seruetur. sub spe certissima. quod ipsa oratio valeat homines a demonibus liberare. peccata diluere et celeste regnum aperire. auxilio domini nostri iesu christi: qui est benedictus in secula seculorum. Amen. **K**yrieleyson. **C**hriste ele. **K**yrieleyson. **P**ater noster. Saluator mundi salua nos qui per crucem tuam et sanguinem tuum redemisti nos. auxiliare nobis te deprecamur deus noster. **Q**ui uiuis. **O**ratio.

Domine iesu christe p̄ agoniā tuā scīssimā
et orationē qua orasti pro nobis in monte
oliueti qñ factus est sudor tuus sicut gutte san-
guis decurrētis in terrā. **O**bsacro te vt multitu-
dinē sudorū tuī sanguinei quez p̄ timorē āgustia
copiosissime pro nob̄ effudisti. offerre ⁊ obten-
dere digneris deo p̄ri om̄ipotentī cont̄ multitu-
dinē oīm pctōz hui⁹ famuli tui. **A.** et libera eū
in hac hora mortis sue ab om̄ibus penis ⁊ angus-
tijs suis quas pro pctis suis se timet meruisse
Qui uiuis et regnas.

¶ Secūdo dicas.

¶ Kyriel. Christel. Kyriel. Dñe miserere
nobis. Pater nr̄. Aue maria. Sanctifica nos
domine signaculo sancte crucis. vt fiat nobis ob-
staculum contra seua iacula oīm iimicōz nr̄oz
defende nos domine per lignum sanctum ⁊ per
preciū iusti sanguinis tui quo nos redemisti.

Domine iesu christe qui p̄ nobis mori dig-
natus es in cruce. obsacro te vt amaritudi-
nes oīm passionū tuarū quas pro nobis miser⁹
peccatoribus sustinuisti in cruce qñ scīssima aīa
tua egressa ē de corpe tuo: offerre ⁊ obtendere.
digneris deo patri om̄ipotentī pro anima faūli
tui. **A.** et libera eam in hac hora exitus sui ab

omnibus penis et passionibus quas pro peccatis suis
se timet meruisse. Qui cum patre et spiritu sancto vivis.

Kyrieleyson. Christel. Kyriel. Domine
miserere nobis. Pater noster. Ave maria.

Protege. +. Salva. +. Benedic. +. Salvi-
fica. +. et sanctifica domine famulum tuum. **A.**
per signum sancte crucis. +. morbos auerte corporis
et anime. Hoc est signum nullum flet periculum. **Oratio.**

O Domine iesu christe qui per os prophete tui
dixisti. In charitate perpetua dilexi te ideo
attraxi te mihi miserans tui. Obsecro te ut ean-
dem charitatem tuam que te de celis in terram ad-
tollerantias omnium passionum tuarum traxit. offerre
et obtendere digneris deo patri omnipotenti
contra omnes penas et passionibus huius famuli tui
. **A.** quas pro peccatis suis se timet meruisse.
Salva. +. animam eius in hac hora exitus sui. **A.** pi
ei ianuam vite et fac eam gaudere cum sanctis tuis
in gloria. Qui vivis et regnas. **Oratio.**

O Domine iesu christe qui redemisti nos pre-
cioso sanguine tuo: scribe in animam famuli
tui. **A.** tua preciosa vulnera sanguine tuo: ut discat
in eis legere tuum dolorem contra omnes dolores
et penas quas pro peccatis suis se timet meruisse.

amorem tuū: vt vniatur tibi amore inuincibili
quo a te et omīb electis tuis nunqm possit in
ppetuū separi. **F**ac eam dñe iesu ch̄e p̄ticipem
sacratissime incarnationis passionis. gl̄iosissime
resurrectionis. et ascensionis tue mirabilissime
Fac eam dñe p̄ticipem sacratissimoz mysterioz
et sacramentoz tuoz. **F**ac eam dñe p̄ticipem
oīm orationū et bñficioz que fiūt in eccl̄ia tua
sancta. **E**t fac eam p̄ticipem oīm bñdictionum
gratiaz. meritoz et gaudioz omniū electoz
tuoz qui tibi placuerunt ab initio mūdi. et con
cede ei vt cum his omībus in conspcū tuo gau
deat in eternū. **Q**ui cum deo patre et spū scō
vuis et regnas. **Ad beatā virginem.**

O Maria beatissima. p̄pter illius terro
ris cōmotionem: quo cor tuū contre
muit qñ filium tuū dulcissimuz domi
nū nostrum iesum ch̄m filiū dei viuū
ab impijs captum: ligatū: ad supplicia tractū et
ab omnibus derelictū audisti. **A**diuua nūc ser
uū tuum in extremis laborantem: quatenus de
preteritis delictis veram contritionē habeat et
dolorem. **E**t cor illius illustratū supno splendo
re sit in feruida p̄n̄a: ne forte in hoc obitu suo

¶ B ij.

in occurſu aduerſarij paucat: aut in aduentu et
aſpectu tremendi iudicis accuſante conſcientia
contremiſcat. Sed potius precibz tuis interue
nientibz ipſius faciem in iubilo videns delecte
tur. Amen.

Oratio.

O Virgo dulciſſima dei genitrix Maria ꝑ
plactus et lachrymas qbus afficiebaris qñ
filium tuum dominum noſtrum ieſum chꝛm filiũ dei
vivi vidisti preſidi pñtari: ab iniquis innocentẽ
accuſari: et opprobrijs affici. Impetra huic fa
mulo tuo lachrymarum gram ⁊ ſacre fidei indele
bile lumen: quo offenſiõis maculas abluere
valeat. Et tu mater glorioſa eum nunc adiua
ne ſathanas ei illudere poſſit ac diuerſis tẽptati
onibus pro libitu ſuo flagellare: deuictũq; reũ
ſtatuerẽ terribili iudici. Sed potius ſcipſum
in lumine fidei iudicet in preſenti ac diſciplinis
vere penitentie deuote flagellet. Amen.

O Maria ſuauiſſima dei geitrix ob cruciat⁹
et agustias quas ſuſtinuit cor tuũ qñ fili⁹
tuus dominus noſter ieſus chꝛs filius dei vivi
clamantib⁹ iudeis crucifige: morti adiudicat⁹
et crucis ſupplicio condemnatus eſt. Subueni
piſſima mater huic ſuo tuo in extremis labor

ranti. Quia corpus illius dolore infirmitatis
torquetur: et aia hinc per demonū insidias. hic
per terrores districtæ discussionis angustiatur
Subueni inquā suauissima domina: ne eterne
mortis snia contra illū feratur: aut flāmis eter
nalibus tradatur ppetuo cruciandus. Verū te
pro ipso intercedente ad celestem glām potius
puenire mereatur. Amen. **Oratio.**

O Virgo clementissima dei geitrix Maria
ob illius doloris gladius: qui tuā feliciss
maz aiam pertransiuit qñ cernebas filium tuū
delicatissimū dñm nostrū iesum christū filium
dei viui nudū in cruce leuatum: clauis pforatū
cruore pfusum: ac plagis et vulneribz laceratū
Adiuua nunc beatissima domina animā huius
famuli tui: vt cōpassionis gladius eam pfodiat
diuini timoris ⁊ amoris lancea vulneret: ita vt
omnis peccati sanguis noxius a pectore effluat
a vitijsqz munde: et diuinis virtutibz decore
q̄tenus desiderio ⁊ toto affectu terrena despi
ciens ad celestia subleue. Ad que te deducēte
iubilose puenire mereatur. Amen. **Oratio.**

O Maria virgo sanctissima ob tormentū et
grauamē qđ cor tuū sustinuit qñ filiū tuū

sanctissimū dominū nostrū iesum christū filiū
dei viui. pre dolore voce magna clamantē. te
matrem dilectam Iohanni cōmendantem de
ficientemq; attendebas: ira vt nimio doloris
gladio loqui non posses. **S**ubueni o gloriosa
domina famulo tuo huic. quia lingua eius ad te
inuocandam se mouere non potest: oculi eius
lumine priuantur: aures eius surdesunt ⁊ ob
turantur: omnesq; vires ac sensus deficiunt.

O piissima mater exaudi preces nostras: quas
ad aures tue pietatis fundim⁹. **E**t subueni sibi
in hoc obitu suo: ac suauissimo filio tuo eius spi
ritus cōmenda. quatenus tuo pio interuentu a
terroribus ⁊ tormentis libera: ad desideratam
celestis patrie requiem te comitante iubilose
puenire mereatur. Amen. **O**ratio.

O Maria vgo castissima ob acerbi euulatus
planctus quem de p̄fundo pectoris erūpen
tes abscondere nō valebas qm̄ in amplexus filij
tui ruebas. cuius genas ante nitentes et orat
mortis palloribus p̄fundi conspiciebas. **F**uri
liare suauissima mater huic suo tuo: quatenus
in delictis commissis sic doleat: vt aīa eius melli
fluis osculis et amorosis amplexibus dñi nostri

iesu christi in celorum beatissimo regno digne
valeat pfrui. Amen.

Oratio.

O Maria virgo gloriosissima ob singultus et
suspiria indicibili acq; lamēta quib; afficie-
batur cor tuum: qñ cernebas filius tuum dñm
nostrum iesum chm filius dei viui: anime tue
unicū solatiū sepeliri. Adiuua o sacratissima
mater aīam serui tui in hac lachrymarū valle
laborantē: vt cum de corpe egressa fuerit: tuis
suffraganti b; meritis cum chorusco charitatis
lumīe. te concomitante dño nostro iesu christo
glorificanda a te presente ē. Amen.

Oratio.

O summa de9 trinitas oīmpotens eterne
deus: qui es semp per omīa deus bñdict9
in secula. quem omnis spūs laudat: suppli-
citer exoramus: quatenus per meritū illius in-
effabilis et excellentissime charitatis: qua dile-
ctissimus filius tuus dñs noster iesus christus
homo fieri dignatus est. Qua etiam p salute
nostra vincula: opprobria: conuitia: flagella: ala-
pas: coronā spineam: ac immanissimā mortem
amoroſe passus est. Hc etiam per meritum glo-
riosissime et beatissime virginis Marie et oīm
sanctorum: qui tibi ab initio mūdi placuerunt

Et

Nec non per virtutem clauis spiritualium quas
clementissime bone iesu ecclesie tue ministrus tradi
disti: ut huic famulo tuo in extremis laboranti
misericorditer indulgere digneris omnia peccata
sua que ab hora sacri baptismatis usque ad presens
quoquo modo malitia: miseria: ignorantia ac fra
gilitate commisit. **E**t ipsum per sanctas indulgentias
et absoluciones ex thesauris tue immense charitatis
indultas. reddere digneris in illa puritate. ino
centia ac spirituali claritate: quas in baptismo
donare dignatus es. **S**ignare etiam suavissime
domine iesu ab omni aspectu et terrore demonum
ipsum tueri: et propter gloriosi nominis tui hono
rem ipsum in conspectu diuine maiestatis tue gratum
reddere. **Q**uatenus dulcissime pater. ac amabi
lissime redemptor bone Iesu: merito omnium sancto
rum tuorum: et presertim sacratissime passionis tue
aerum eius in vlnas sancte charitatis tue clementer
suscipias: te perenni iubilo in celorum beatissimo
regno fruituram. Amen. **P**ratio

O domine deus omnipotens. qui trinus et vnus
es: tua eximia impulsu charitate. te humiliter
eroramus pro anima serui tui nunc in extremis
laborantis: quam sacratissime domine commendamus

p̄ssime omnipotētie tue. vt illā ab aspectu et
terrore demonū custodias et tuearis ne in de-
sperationē labat̄: ne diffidētie tēptationibz ob-
nubileſ. ac p̄teritaz culpaz r̄cordatiōe maculeſ.
Exaudi nos dñe glorioſe. tuā ſuauiſſimā bonita-
tem interpellantes p̄ illa. **E**t exaudi p̄ orōnes
patriarcharum. **P**er merita p̄phetarum. **P**er
ſuffragia apoſtolorū. **P**er victoriam martyzū.
Per fidem p̄feſſorū. **P**er caſtitaſtem virginū.
Per deuotā iteꝛceſſionē oīm qui tibi ab initio
placuerūt. **S**uauiſſime dñe ab ip̄a aīa expelle
iactantiam: et p̄punctionem tribue. **S**upbiam
minue: et p̄fice humilitatem. **F**letum ſuscita: ⁊
cor eius mollifica. **A**b omnibz inſidijs inimici
illam clementer libera: ⁊ in lumine fidei cōſer-
ua illam. **L**umen gratie tue infunde illi: vt de
omnibz peccatis veram cōtritionem obtineat.
Clementiſſime dñe omnia deſideria mala tolle
ab ipſa: oīa diaboli tela ignea extingue. **B**ona
illi lachrymas ex tuo ardenti affectu q̄ peccatoꝝ
ſuozū diſſoluant vincula. **A**udi dñe que petit:
et celeriter exaudi. **S**i deſpiciſ proſuſ perit: ſi
proſpiciſ. viuit. **S**i iuſticiam requiriſ: ante te
mortua fetet. **S**i cum miſericordia reſpexeriſ:

ipsam peccatis fetentem. de desperationis ba-
ratro suscitās. **Q**uod in ea odīs longe fac ab ipsa:
et spiritū tue spiritual' leticie illi tribue. **H**one
iesu anime eius parce: malis criminibz. ⁊ pctis
Visita illū infirmū. egrotum cura: languidum
sana. **D**ñe iesu da illi cor qđ timeat te: sensum
qđ intelligat te: ⁊ oculos spirituales qđ videāt te
Dñe iesu miserere illi. ⁊ de sede maiestatis tue
clemēter respice: et aīe eius tenebras tui splen-
doris radio illumina. **C**lemētissime dñe iesu a
te pctōruzeius remissionē humiliter petimus.
a quo. et per quem: est omīs ꝓpitatio. **S**ancta
et immaculata virgo maria dñi nostri iesu ch̄i
mater. te obnixe deprecamur: q̄tenus ꝓ anima
hui⁹ serui tui interuenire digneris apud illum
cuius templū effici meruisti. **S**ancte michael.
Sctē gabriel. **S**ctē raphael. **S**ctē angele custos
eius. cū omnibz choris angelorū. patriarcharū.
prophetarum. apostolorū. martyrum. cōfessorū.
sacerdotū. leuitarum. heremitarū. doctorum.
monachorū. virginū. omnūq; iustorū: per ex-
amīn dñi nostri iesu ch̄i amorē. qui vos elegit
de cui⁹ ꝓtemplatione gaudetis. vos orare au-
demus: vt ꝓ huius fratris nr̄i anima supplicare

digne mini: quatenus de diaboli faucibus. et de
morte perpetua: liberari mereatur. **D**omine iesu
perpetuam vitam secundum magnam misericordiam
tuam ei largire digneris. **O** clementissime domine iesu
qui omnium misereris. famulum tuum a tua miseri-
cordia fieri alienum non pariaris: quatenus in sacra-
tissime passionis tue merito ab omnibus peccatis
suis abluatur: et tecum eternaliter in celorum regno
beatissimo gloriatur. Amen.

Domine Iesu deus noster in adiutorium fui
tui morientis intende. Domine ad adiuvandum
illum festina.

O Iesu deus noster oculos famuli tui illumina
ne in morte obdormiat: neque inimicus eius
dicat. Prevalui adversus eum. **E**xaudi domine
iesu orationes nostras pro eo: illumina domine
iesu animam eius. **S**igna domine iesu lumen
vultus tui super eum. **I**mmensem letitiam domine
Iesu infunde in cor eius. **G**loria nostra domine Iesu
clamamus ad te pro eo. **D**omine Iesu de excelsis
glorie tue exaudi nos: pro eo orantes. **S**uscep-
tor eius esto domine Iesu in obitu suo: angelorum
presencia domine Iesu letifica animam eius.

L. iij.

O Maria vgo suauissima huic seruo tuo morienti miserere ⁊ orationem nostrā pro eo pia mater exaudi. Ad te gloriosissima vgo maria oramus p famulo tuo. Mater sacratissima nos orantes pro eo velociter exaudi. Respice beatissima vgo maria in seruū tuū. et miserere illi: quia gloriosa mater vnicus et paup est. In pace tua suauissima vgo maria huius famuli tui anima dormiat ⁊ requiescat. Auribus gloriosa virgo maria percipe verba orationis nostre p famulo tuo: et itellige clamorem cordis nostri pro eo beatissima mater.

Iesu domine deus noster voces orationis nostre pro famulo tuo intende: rex noster bone iesu cor eius illumina et letetur domine iesu anima serui tui: quia sperat in te. Domine iesu semper exultet de te. Speret bone iesu famulus tuus in te. Domine iesu saluum fac ipm ex omnibus persequentibus eum: et libera illū. Ut qd bone iesu recessisti longe? Domine iesu ne despicias seruum tuum in oportunitatib⁹ et tribulatione. Secundum misericordiam tuam dñe iesu aīam serui tui viuifica: vt bone iesu nōi tuo psallat in eum. Amen.

Maria virgo piissima Fuo tuo miserere: qm̃
infirmus est. **A**iam eius suauissima mater
sana: quia omnia interiora eius conturbata sunt.
Aiam serui tui gloriosa virgo maria de manu
sathane eripe. **C**onuertere pia mater et saluum
fac illum. **R**espice suauissima virgo maria in
micos serui tui: qm̃ multiplicati st. **B**eatissis
ma mater adiuua illuz ne pereat. **I**n tua iusti
tia suauissima virgo maria deduc famulum tuū
propter inimicos eius: dirige in conspectu tuo
vias eius. **A**nima serui tui turbata ē valde: et
tu suauissima m̃r salua illū ne cadat a via sc̃ta.

Iesu domine deus ñr ne in furore arguas
seruum tuū neq; bone iesu in ira tua corri
pias illum. **E**xultet bone iesu in te salutarī suo
seruus tuus. **B**one iesu libera eum ab interitu
demonis. **S**aluū fac bone iesu seruum tuū: qm̃
spūs eius deficit: et veritates tue ab anima eius
diminute sunt. **G**lide dñe iesu aīaz serui tui in
obitu laborātem: ⁊ de manu peccatoris libera
eam. **S**erua dñe iesu aīam serui tui: et custodi
illam a generatione mala in eum.

Maria virgo sacratissima ad sis famulo tuo
mater beatissima adiuua illum ne pereat.

Auribus percipe gloriosa virgo maria orationem
nostram pro famulo tuo: ne demon gloriatur de
eius perditione. **R**efugium esto suavissima virgo
maria huic pauperculo morienti: et in hac hor-
ribili tribulatione esto illi adiutrix. **I**n lumine
fidei gloriosissima virgo maria animam serui tui leti-
fica: ut eius mens non moueat a timore domini.
A resistantibus dextere tue suavissima virgo ma-
ria animam serui tui custodi: et presentia tua con-
solare illam.

Iesu domine deus noster animam famuli tui
conserua quoniam sperat in te: illustra cor
eius ut iubilose ad te veniat. **E**xultet bone iesu
cor fidei tui morientis in te: cantet et psallat tibi
domino deo suo in eternum. **S**ub umbra alarum
tuarum domine iesu famulum tuum protege a facie
impiorum qui illum affligunt. **A**sq; quo auerres
faciem tuam ab eo? **S**alua domine iesu ex ore leonis
animam famuli tui: et a cornibus unicornium bone
iesu misericorditer libera eam.

Maria virgo misericordias tuas cum famulo
tuo moriente mirifica: illum in te sperantem
saluum fac. **A**ures tuas gloriosissima virgo maria
ad seruum tuum inclina: et affectum cordis illius

exaudi. **N**am in tribulatione maxima versat.
Respice suauissima virgo maria huius serui tui
morientis angustias: et illum libera. et ad pces
nras pro illo intende. **I**n hac terribili animad
uersione famuli tui gloriosissima virgo maria
iuocamus te: q̄tenus suauis aspectu tuo letifices
illum. **A**d te suauissima virgo maria aiam serui
tui trabe: non erubescat qm̄ sperat in te.

Iesu domine deus noster anima famuli tui
requiescat in te. esto illi nunc refugium et
liberator. **E**xurge bone iesu in adiutoriū serui
tui. **D**emonē preueni ⁊ expelle: ne aiam famuli
tui rapere valeat. **S**it bone iesu nomen tuum
dulcissimū benedictū: ex hoc nunc ⁊ vsq3 in se
culum. **V**oce nra bone iesu ad te pro seruo tuo
clamamus: salua illi⁹ aiam in hac hora. **S**aluā
fac dñe iesu animā famuli tui: et libera eā bone
iesu. quia deus eius es tu.

Maria virgo beatissima animā serui tui illu
mina: et tenebras eius mentales tua prece
depelle. **A**b insurgentibus in famulū tuū glori
sa virgo maria libera eum: et a spiritu iniquo
protege illū: **R**espice in seruū tuū morientem
suauissima virgo maria: et libera eū ne pereat.

B.

Imple clemētissima virgo maria p̄ces nostras
pro famulo tuo: vt sentiat quia tu es suauissima
mater ei⁹. Auxiliū de celo glorioſa virgo maria
mitte ſeruo tuo: et de excelſo tuere illum.

Ieſu dñe deus noſter. animā ſerui tui ſaluā
fac: vt de tua preſentia ſp̄ letetur. Exultet
in te bone ieſu ſeruus tu⁹: pſallat et cantet tibi
in euum. Speret in te dñe ieſu famulus tuus:
eripe illuz ne pereat. Vias tuas dñe ieſu ſeruo
tuo oſtende: ⁊ ſemitas tuas edoce illū. Secun-
dum miſericordiā tuā dñe ieſu miſerere ſeruo
tuo: et ppter bonitatez tuā aīam illius illumina

Maria virgo beatiffima auxilium tuum ne
elongaueris a ſeruo tuo: ad illius deſenſi-
onem prop̄era. A framea diaboli glorioſa v̄go
maria animā famuli tui libera: et de manu illi⁹
erue ipſam. Remiſcere miſericordiā tuā ⁊
ſuauiffima virgo maria: et de inferno aīa ⁊ ſerui
tui libera. In veritate tua glorioſa v̄go maria
animam famuli tui dirige: et eſto illi ſuauiffima
cōſolatrix. Animā ſerui tui btiffima v̄go maria
cuſtodi et erue illā: ne ī deſperationē labatur.

Ieſu dñe deus noſter. humilitatē ⁊ Dño.
et laborem famuli tui vide: ⁊ oīa eius deli-

cta dimitte. **E**xaudi bone iesu vocem nostrā:
qua p aīa serui tui ad te clamamus. **M**iserere
illi: et salua illā. **S**aluam fac animā famuli tui
dñe iesu: et de celo benedic illi. **V**elociter bo-
ne iesu preces nr̄as p seruo tuo exaudi: q̄a illi⁹
spiritus deficere incipit. **S**ecundū misericordiā
tuam dñe iesu animā famuli tui viuifica: vt scē
fidei lumen iubilose custodiat. **O**ratio.

Maria virgo suauissima seruo tuo quoniam
tribulatur miserere: ⁊ ne aspectu demonis
terreatur illum adiuua. **A**nima serui tui o dñā
et gloriosa virgo maria. iubilet in te: et deles-
ctetur in suauissimo nato tuo. **R**espice bt̄issima
virgo maria ad famulum tuū: in manibus tuis
animā illius suscipe. **I**llustra faciem tuā gl̄iosa
virgo maria sup seruū tuū: in tua misericordia
illum saluū fac. **A**p̄sequentibus animā fui tui
suauissima v̄go maria eripe illum: et de manu
odientiū eū. libera illum velociter. **O**ratio.

Iesu dñe deus noster iudica anime fui tui
nocentes: expugna ocus impugnātes illā
Effunde bone iesu frameā tuā ⁊ aduersus illos
qui persequuntur animā famuli tui: dic anime
eius salus tua ego sum. **S**alus dñe iesu esto aīe

serui tui: et ei⁹ protector in om̃i tribulatione.
Quide bone iesu afflictionē famuli tui: ne sileas
et ne discedas ab illo. **S**aluator animarū bone
iesu. exurge in adiutoriū serui tui: ne a te aspe-
ctu demonis separetur.

Oratio.
Maria virgo beatissima. esto anime famuli
tui in refugiū a tribulatione que circumdat
illam: tua presentia letifica illam. **A**pprehende
gloriosa vgo maria arma ⁊ scutū: ⁊ exurge ī adius-
toriū serui tui. **R**etrosum auertant suauissima
vgo maria: ⁊ pfundant demones. **E**t ne animā
famuli tui obnubilent: tu gloriosa virgo domi-
na adiuua illam. **I**nduant gloriosa vgo maria
demones pudore. ⁊ confusione: vt anime serui
tui in nullo prorsus nocere valeant. **A**nimam
famuli tui clementissima virgo maria respice:
et a deceptiōe aduersarij illam erue.

Oro.
Iesu domine deus noster: intende anime
famuli tui et libera illam: ⁊ ppter terrore
īimici tuo splendore illustra illā. **E**xaudi bone
iesu seruum tuum quoniam benigna est miscdia
tua: secundū meritum gratie tue libera illum.
Saluū fac bone iesu seruū tuū: illius mētem
tua gratia illumina. **V**ocem serui tui dñe iesu

exaudi in hac hora: ⁊ ppter nomen sanctū tuum
protege illuz. Salus electorum bone iesu tu es:
lumiē tuo letifica aīaz faūli tui vt ad te pueniat.

Quia vgo beatissima famulo tuo miserere
qm̄ vndique conculcat: et demon tota die
impugnans tribulat aīam serui tui. Gloriosa
virgo maria fac eum de te exultare: vt delectet
in suauissimo filio tuo. Redde beatissima virgo
maria spiritualet letitiam famulo tuo: et per
te cor illius confirme in domino deo. Inclina
gloriosa virgo maria aurem tuam ad seruū tuū
quoniam inops et paup est. Adiutrix esto sua
uissima virgo maria famulo tuo: adiuua illum
ne in eternum pereat.

Iesu domine deus noster secundū misericōdiaz
tuam iudica seruum tuum: vt qui oderunt
eum non supergaudeant illi. Exurge bone iesu
adiuua seruum tuum: et propter nomen tuum
redime. Salutaris nr̄ bone iesu ad te conuerte
seruum tuum: et ostende illi gloriosam faciem
tuā. Veritatem et lucem tuā bone iesu emitte
famulo tuo: ⁊ ipse illius aīam adducant. Sp̄m
tuum domine iesu infunde seruo tuo: vt viuat
in eternum. Amen.

B iij.

Maria uirgo suauissima famulo tuo miserere:
quoniam in te confidit anima eius. **A**diuu
gloriosa virgo maria seruū tuum ⁊ saluus erit:
meditetur semper in lege domini. **R**espice beatissi
ma virgo maria in seruū tuum et miserere illi.
Dona spirituale donū illi: ut filius gratie sit. **I**n
quacumque hora gloriosa virgo maria inuocauer
rimus te pro suo tuo. velociter exaudi nos ora
tes pro illo: auribus percipe beatissima virgo
maria orōnes nostras pro famulo tuo ⁊ intende
ad deprecationem nostram.

Iesu domine deus noster susceptor esto famuli
tui: ⁊ libera illum ab omni malo. **E**xurge
bone iesu saluum fac seruū tuū: ut non timeat
demonēs circūdātes aīam eius. **S**eruus tuus
domine iesu angustia: subueni illi ut tua p̄sentia
consoletur. **V**ide domine iesu temptationes quas
famulus tuus patitur: ⁊ succurre illi ne pereat.
Sentiat anima serui tui domine iesu auxilium
gratie tue: ⁊ perpetuo gaudeat in te.

Maria virgo dulcissima exultet seruus tuus
in tua misericordia: quoniam tu es suauissima
peccatorū respiratio. **A**nima serui tui gloriosa
virgo maria exultet in te: non deseras neque

despicias illum. **R**espice gloriosa virgo maria
afflictiones quas patitur anima serui tui: non
derelinquas illum demoni tribulandum. **I**n
semita rectam gloriosissima virgo maria animam
famuli tui deducas: ne glorie sathan cont illu.
Ad te gloriosa virgo maria pie clamamus pro
aia serui tui: vt tuo benigno foueat p̄sidio.

Iesu domine deus noster adiutor esto famulo
tuo: ⁊ lumē sancte fidei illi infunde vt lete
veniat ad te. **E**xurge bone iesu in adiutorium
famuli tui: exurge ⁊ ne repellas illū a te. **S**usci
pe domine iesu animam serui tui et viuat: ⁊ non
confundas illum ab expectatione sua. **V**irtutū
amator bone iesu cōuerte faciem tuā ad famulū
tuum: et ab omni doloze libera illum. **S**uper
seruū tuū domine iesu deprecabilis esto: et salua
illum ab omni malo.

Maria virgo suauissima faūlum tuū ab oīb;
angustijs quas patitur libera: vt iubiletur
cum omnibus sanctis ad te. **A**dbereat gloriosa
vgo maria anima serui tui tibi: tu suscipe illa
vt sequat te. **R**ecordare beatissima vgo maria
quia tu es aduocata miseroꝝ et miserere anime
famuli tui: vt ad iocunditatem celestē puenire

valeat. In manibus tuis gloriosa virgo maria
aīam famuli tui suscipe clementer: vt exultet
et letetur de tua gloria. ⁊ saluatione sua. Ad te
suauissima virgo maria oramus pro aīa famuli
tui: vt per te presentetur gloriosissimo filio do-
mino nostro iesu christo perpetuo spiritualiter
copulanda. Amen.

Laudate omnes ciues celici dominus
iesum cum gloriosa virgine maria in
spiritu iubilationis: omis terra cum
gaudio laudet matrem cū filio: cum quibus aīa
huius famuli semper viuat. Ne reminiscaris
domine delicta famuli tui: neq; vindictā sumas
de peccatis eius bone iesu domine deus noster.

R *Letania special' pro agonizantibus*
Vrieleison. Christeleison. Vrieleison.
Christe audi nos: Christe audi nos. Pater de
celis deus: miserere ei. Fili redemptor mundi
deus: miserere ei. Spiritus sancte deus. mise-
rere ei. Sancta trinitas vnus deus: miserere
ei. Sancta Maria: ora pro eo. Sancta dei ge-
nitrix: ora p eo. Sancta virgo vginum: ora p
eo. Scē michael: ora p eo. Scē gabriel: ora p eo

Sctē raphael: ora pro eo. **S**ctē angele custos
eius: ora pro eo. **O**mnes scī brōz spiritūū or
dines: orate p eo. **S**cē iohes baptista: ora p eo
Sctē ioachim: ora p eo. **S**cti tres reges: orate
pro eo. **D**ēs scī patriarche z pphete: orate pro
eo. **S**ancte petre: ora p eo. **S**ctē paule: ora p
eo. **S**ctē andrea: ora pro eo. **S**ctē iacobe: ora
pro eo. **S**ctē iohannes: ora p eo. **S**ctē thoma:
ora p eo. **S**ctē iacobe: ora p eo. **S**ctē philippe
ora p eo. **S**cē bartholomee: ora p eo. **S**cē ma
thee: ora p eo. **S**cē simon: ora pro eo. **S**cē tha
dee: ora p eo. **S**cē mathia: ora p eo. **S**cē luca:
ora pro eo. **O**mnes scī apostoli z euangeliste:
orate p eo. **D**ēs scī discipuli dñi: orate pro eo.
Omnes scī innocentes: orate pro eo. **S**ancte
stephane: ora pro eo. **S**ctē clemens: ora pro eo
Sctē sirte: ora pro eo. **S**ctē corneli: ora pro eo
Sctē cipriane: ora pro eo. **S**ctē laurenti: ora
pro eo. **S**ctē vincenti: ora p eo. **S**ctē ignati:
ora p eo. **S**ctē vitalis: ora p eo. **S**ctē fabiane:
ora pro eo. **S**cē sebastiane: ora p eo. **S**cē adria
ne: ora p eo. **S**cē tyburti: ora p eo. **S**cē valeris
one: ora p eo. **S**cē iuliane: ora p eo. **S**cē blasii:
ora p eo. **S**cē georgi: ora p eo. **S**cē quirine: ora

E

p eo. **S**ctē erasme: ora p eo. **S**cē pambaleon:
ora p eo. **S**ctē agilolphē: ora p eo. **S**ctē colma
ora pro eo. **S**ctē damiane: ora p eo. **S**ctē vite
ora p eo. **S**ctē lamberte: ora pro eo. **S**ctē euer
gille: ora pro eo. **S**ctē mauriti cum socijs tuis:
ora pro eo. **S**ctē gereon cū socijs tuis: ora p eo.
Sancte agati cum socijs tuis: ora pro eo. **S**ctē
nycali cū socijs tuis: ora p eo. **¶ Omnes sancti marty**
res: orate pro eo. **S**ancte silvester: ora pro eo.
Sctē gregori: ora p eo. **S**ctē martine: ora p eo.
Sctē augustine: ora pro eo. **S**ctē ambrosi: ora
pro eo. **S**ctē hieronime: ora p eo. **S**ctē antho
ni: ora p eo. **S**ctē paule prime heremita: ora p
eo. **S**ctē Onuphri: ora pro eo. **S**ctē basil: ora
pro eo. **S**cē alexi: ora p eo. **S**ctē seuerine: ora
pro eo. **S**ctē huperte: ora pro eo. **S**ctē roche:
ora p eo. **S**ctē kuniberte: ora p eo. **S**ctē heri
berte: ora p eo. **S**ctē lebuine: ora pro eo. **S**ctē
dominice: ora p eo. **S**ctē benedicte: ora p eo.
Sctē bernarde: ora pro eo. **S**ctē francisce: ora
pro eo. **S**cē Bruno: ora p eo. **¶ Omnes sancti**
cōfessores: orate p eo. **S**ctā felicitas: ora p eo.
Scā perpetua: ora p eo. **S**cā agatha: ora p eo.
Scā blandina: ora p eo. **S**ctā agnes: ora p eo

Sancta cecilia: ora p eo. Sancta apolonia ora p
eo. Sancta barbara: ora pro eo. Sancta katheri
na: ora pro eo. Sancta maria magdalena: ora pro
eo. Sancta maria egyptiaca: ora p eo. Sancta
afra: ora p eo. Sancta anna cū pgenie tua: ora
pro eo. Sancta elyzabeth: ora pro eo. **O**mnes
sancte virgines ⁊ ptinentes: orate p eo. **O**mnes
sancti et sancte dei: orate pro eo. **P**ropitius
esto: parce ei dñe. **P**ropitius esto: et a morte
ppetua libera eū dñe. **A** visione diaboli: libera
eum dñe. **A** terrore demonū: libera eū dñe.
A gelu horrido ⁊ calore nimio: libera eū dñe.
A diffidentia mentis: li. eum dñe. **A** tenebris
mentalib: li. eū dñe. **A** loco penar ⁊ pondere
peccatorū li. eū dñe. **A**b omni malo. et auditu
maledictionis eterne: li. eū dñe. **P**er ānuntiati
onem ⁊ natiuitatem tuā: li. eū dñe. **P**er vincu
la. opprobria ⁊ cōuitia tua: libera eū dñe. **P**er
flagella. alapas. ⁊ sputa que p nobis sustinuisti:
li. eū dñe. **P**er coronam spineam. derisionem.
passionem. ⁊ crucem tuā: li. eū dñe. **P**er sacra
tissimā mortem tuā: li. eū dñe. **P**er gloriosam
resurrectionē tuam: li. eū dñe. **P**er admirabi
lem ascensionem tuā: li. eū dñe. **P**er gratiam

sancti spiritus paracleti: li. eū domine. **I**n die
iudicii: libera eū dñe. **P**er intercessionez oīm
scōz: li. eū dñe. **P**ctōres: te rogam⁹ audi nos
Et iracūdie tue flagella ab eo remoueas: te ro
gamus audi nos. **E**t eū ab omnib⁹ erroribus
absoluas: te rogamus audi nos. **E**t spiritū ei⁹
a loco horrois et tenebrarū libera: te rogam⁹
audi nos. **E**t eū in numero electorum tuorum
assumas: te rogamus audi nos. **E**t a consortio
malorū eum discerni facias: te rogamus audi
nos. **E**t eū in regione uiuorū cum sanctis an
gelis collocare digneris: te rogamus audi nos
Et eū premia vite eterne adipisci facias: te ro
gamus audi nos. **E**t eum a mortifero diabolo
defendere digneris: te rogamus audi nos. **F**ili
dei: te rogamus audi nos. **D**omine iesu christe
pro nobis crucifixe: te rogamus audi nos. **D**ñe
iesu chie de aduersarijs triumphator: te rogam⁹
audi nos. **D**omine iesu christe aduocate noster
clementissime: te rogamus audi nos. **A**gnus
dei qui tollis peccata mundi: parce ei domine.
Agnus dei q tollis peccata mundi: misere ei
domine. **A**gnus dei qui tollis peccata mundi:
dona ei pacem **C Kyrieleyson. Chieleyson:**

Kyrieleyson. Pater noster. Et ne nos. Saluus
fac seruum tuum: deus meus sperantem in te.
Esto ei dñe turris fortitudinis: a facie inimici.
Nihil pficiat inimicus in eo: et filius iniquitatis
nō apponat nocere ei. **Bñs vobiscū. Et cū.**

Miseri cordiam tuā dñe sc̃tē pater **Oratio.**
Omnipotēs eterne deus pietatis affectu p
alijs orare cogimur. qui pro nostris pct̃is suppli
care nequaquam sufficimus: tamen de tua gra
tuita pietate confisi. clemētiam tuā deposcim⁹
vt aīam huius famuli tui ad te reuertentem cū
pietate suscipias. **A**dsit ei angelus michael: et
per manus sanctorū angelorū inter sanctos et
electos tuos in sinu **A**brahe. **I**saac. et **J**acob. pa
triarcharū tuorū eam collocare digneris. **Q**ua
tenus a principib⁹ tenebrarū: et de locis penarū
liberata: nullius ignorantie. aut. p̃pe voluntatis
seu fragilitatis cōfundatur errorib⁹. sed potius
agnoscatur a tuis: et sancte beatitudinis requie
pfruatur. **A**ltq; cū magni iudicij aduenerit dies
int̃ scōs tuos resuscitat⁹: gl̃a bt̃issime visionis

Splendissime dñe **Oratio.** **C**ppetuo satiet.
iesu p̃ illū ineffabile amorē q̃ te dignissimū.
Inocētissimū. et delicatissimū paterne charitas

E iij.

etis filiū pro nobis factum hominē. vulnerari ac
crudeliter mori pro hominibz redimēdis fecit.
Indulge clemētissime domine iesu. huic famulo
tuo omne quod cogitatu. verbo. ⁊ facto. affecti
onibus. motibus et sensibus anime. ⁊ corporis
deliquit. et veram omniū peccatorum suorū re
missionem concede. **S**acratissime domine iesu
tribue illi spūale lumen tue ardentissime chari
tatis. qua totius mūdi culpas diluisti: ac in ple
nam suppletionem omniū negligentiarū suarū
meritū tue sacratissime passionis adde. **E**t in
super tribue illi fructū omniū bonorum operū
per electos tuos qui tibi placuerunt factorz.

Oloriosissime dñe iesu in vnione **D**eo.
feruentissimi amoris qui te coegit incar
nari: et anxio spiritu in cruce mori. ad medullā
dulcissimi amoris tui pulsamus: vt famulo tuo
omnia pctā que omni modo cōmisit dimittas:
et tue pdignissimo passionis merito omnia sup
pleas: faciasq; illi fm superabundantissima m
multitudinē miserationum tuarū. **D**isponas
eū placidissimo tibi modo. sibi vtilissimo: suau
patientia. vera penitentia. plena remissione.
recta fide. spe firma. ardenti charitate: ⁊ perfe
E iij.

etissimo statu. Quatenus inter dulcissimuz am-
plexu: et suauissimu osculu tuu. o clementissime
doie iesu ei⁹ aia letanter expiret ad tua eterna
laude: et gloriā laudandā cognoscēdā et fruendā.

Sacratissime dñe iesu chze i man⁹ **Dio.**
inerringibilis miscōie tue cōmendamus
spiritum huius famuli tui secundū amoris tui
magnitudinē: quo se aia tua sc̄tissima in cruce
glorioso patri cōmendauit. **S**uppliciter depre-
cantes. q̄tenus per illam ineffabilē charitatem
qua diuina paternitas in se totam traxit illam
sanctissimam aiam tuā: vt in ista hora. fauli tui
in eodem feruentissimo amore spiritum susci-
pias. **E**ya dulcissime dñe iesu chris̄te animarū
redemptor: benignissime dñe per illam lachry-
mabilem vocem qua secundū humanitatē pro
nobis moriturus. laboribus et doloribus passi-
onis adeo cōsumptus es: vt te a patre derelictū
ter clamares: ne longe suauissime iesu facias a
famulo tuo tue miserationis auxilium in hac
hora afflictionis sue. pre defectione et cōsump-
tione spūs te inuocare non valente. **S**ed per
triumphū sancte crucis. et p virtutez salutifere
passionis et gratiose mortis tue: cogita de eo

cogitationes pacis. misericordie. consolatiois
et non afflictionis. Et libera eum ab omnibus
angustis. et tua solita benignitate bone iesu dul-
cissime pater erue illū a tormentis sibi deputat
et ad eternam regem illuz perducere digneris
cum voce exultationis. **Oratio.**

O Intemerata et in eternuz benedicta virgo
maria. totius angustie et miserie adiutrix:
famulo tuo succurre dulciter. et tuam gloriosaz
faciē ostende illi in hac vltima necessitate sua:
et omnes inimicos eius virtute suavissimi filij
tui domini nostri iesu christi. et sancte crucis.
disperde: et a potente dracone infernali. et ab
eius horribili visione. et ab omī fraude malozū
spirituū defende illū. et ex oī angustia libera eū
quatenus tecū cū btīs spiritibz dño deo i celoz
btissimo regno spirituales psoluat laudes amē.

Sancte michael archāgele huic anime suc-
curre apd altissimū iudicē. **D**ivictissime
pugil assiste huic famulo in extremis laboranti:
et eum potenter a dracone infernali defende. et
a visione fraudeqz malozū spirituū. **I**nsup exor-
amus te pclarum signiferuz vt in hac extrema
hora vite ipius. aīam eius benigne suscipias: ac

suauiter in sinū tuū recipias. illamq; in locū refrigerij lucis et pacis pducas: cum domino iesu eternaliter regnaturam Amen. **Oratio.**

Misericordissime dñe iesu chñe fili dei viui. in vnione illius cōmendationis qua tuaz sanctissimam aīam in cruce moriens patri tuo celesti cōmendasti. misericordissimā bonitatez tuam humiliter exorantes petimus: quatenus per omnē honorem ⁊ meritū eiusdē anime tue sanctissime. per quam omēs saluant anime ⁊ a morte ppetua liberant: aīe faūli tui miserearis eam misericorditer liberans ab insidijs diaboli a miserijs et penis: ⁊ illaz per scīssime passiōis tue meritum ⁊ beatissime virgis et matris tue intercessionē: ad contemplationē tue beatissime visionis pducere digneris. **Oratio.**

Commendamuste frater charissime omnipotenti deo cuius creatura es: vt cū hūanitatis debitum morte iterueniente psolueris: ad creatorem tuum qui te de limo formauit reuertaris. Et de corpore egrediente anima tua. splendidus angeloz chorus occurrat. Patriarcharū cuneus. et pphetarum nūerus suauissimo modulamine tibi occurrat. Iudex aplozū senas

tus tibi blandus existat. **C**andidatorum tibi mar-
tyrum exercitus iubiloso concentu obuiet. **L**i-
liata rutilantium confessorum turma te letanter
excipiat. **I**ubilantium te virginum chorus susci-
piat: et beate quietis in sinu patriarcharum tibi
suavis amplexus appareat: qui inter assistentes
sibi iugiter te interesse faciant. ignores omnino
quod horret in tenebris: quod stridet in flammis: quod
cruciat in tormentis. **C**edat tibi deterrimus sa-
thanas cum satellitibus suis: in adventu tuo te comi-
tantibus angelis contremiscat: atque in eterne
noctis cabos diffugiat. **E**xurgat deus et dissi-
pentur inimici eius: et fugiant a facie eius qui
oderunt eum. **C**onfundantur igitur et erubescant
contra te legiones tartaree. et ministri sathane:
iter tuum deducente te angelo bono. impedire non
valeant. **A**b omni cruciatu dominus iesus christus te
liberet: qui amorose pro te mortuus est. **D**ominus iesus
christus dei vivi filius saluator et redemptor tuus
intra sancta paradysi et amena loca te constituat.
Et ille suavissimus pastor iter oves suas te lo-
cans agnoscat. complectatur et nutriet. **I**lle amas-
sissimus pater sui sacratissimi sanguinis precio
ab omnibus peccatis que commisisti malitia. miseria.

fragilitate. ⁊ ignorantia. mortaliter ⁊ venialiter. te benigne absoluat: atq; cū electis suis ad dexteram suam perbeni iubilo fruitur te constituat: q̄tenus piissimū redemptorem tuū facie ad faciē videns. et p̄sens semp assistens beatis oculis gloriosa visione potiariis: donec glorioso corpore tuo reasumpto spūali. essentiali ⁊ accidentalī p̄mio cū beatissimis spiritibus leteris perbeni euo. **P**roficiscere nūc aīa christiana de hoc misero mundo in noīe patris om̄ipotentis qui te creauit: in noīe dñi nostri iesu christi qui pro te amorose passus est. in noīe spiritus sancti qui in te gratiose fusus est. **O**ccurrant tibi et succurrant sancti angeli et oīs chorus angelorū **S**ubueniant tibi p̄iarche in lumine fidei sue. **P**rophete in splēdore spei sue. **A**postoli in fulgore eximie charitat'. **M**artyres in mansuetissima patientia. **C**onfessores in būili obedientia. **V**irgines in lucida mūditiā. **M**onachi in clara būilitate. **H**eremite in sincera austeritate. **E**t omnes sancti ⁊ sancte dei in plena virtutū consummatione. **A**diuuent oīs orationes sanctorū ut in pace ⁊ luce sit locus tuus: et habitatio tua in celesti iherlēm per eterna sc̄la seculorū **A**men.

Adeo gratias . . .

D
bus
sep
ear

